

Cadent super eos carbones: in ignem dei ci-
 cies eos, in miserijs non subsistent. Vir lin-
 guosus non dirigetur in terra, virum inju-
 stum mala capient in interitu. Cognovi
 quia faciet Dominus iudicium inopis, &
 vindictam pauperum. Veruntamen ju-
 sti confitebuntur nomini tuo, & habita-
 bunt recti cum vultu tuo. Psalm. 142. Voce
 mea ad Dominum clamavi, voce mea ad
 Dominum deprecatus sum. Effundo in con-
 spectu ejus orationem meam, & tribulatio-
 nem meam ante ipsum pronuncio. In desi-
 ciendo ex me Spiritum meum, & tu cogno-
 visti semitas meas. In via hac qua ambula-
 dam, absconderunt laqueum mihi. Consi-
 derabam ad dextram & non videbã, & non
 erat qui cognosceret me. Perijt fuga à me,
 & non est qui requirat animam meam.
 Clamavi ad te Domine, dixi, Tu es spes
 mea, portio mea in terra viventium. In-
 tende ad deprecationem meam: quia hu-
 miliatus sum nimis. Libera me à persequen-
 tibus me, quia confortati sunt super me.
 Me expectant justi, donec retribuas mihi.

In Perse-
 cutioni-Innes nos
 ignerant
 prater
 Deum,

CAPUT XVIII.

QUOMODO PER DOLORES ET
 mœrorē Christi voluptates doma-
 re & extinguere conveniat.

Matth. 25.